

*Baptizatus Iesus vidit Spiritum Dei
venientem super se.*

✠ Léctio sancti Evangélii
secúndum Mattháeum

3, 13-17

In illo tempore:

¹³ V enit Iesus a Galilæa in Iordánem ad Ioánnem,
ut baptizarétur ab eo.

¹⁴ Ioánnes autem prohibébat eum dicens:
«Ego a te débeo baptizári,
et tu venis ad me?».

¹⁵ Respóndens autem Iesus dixit ei:
«Sine modo,
sic enim decet nos implére omnem iustítiam». Tunc dimíttit eum.

¹⁶ Baptizátus autem Iesus,
conféstim ascéndit de aqua;
et ecce apérta sunt ei cæli,
et vidi Spíritum Dei
descendéntem sicut colúmbam
et veniéntem super se.

¹⁷ Et ecce vox de cælis dicens:
«Hic est Fílius meus diléctus,
in quo mihi complácui».

Verbum Dómini.